

Sermo de natiuitate gloriose virginis Marie. et de commendatione virginis sponsi eius Ioseph magistri Johannis de gerson in concilio constantien.

Iacob autem genuit Ioseph virum Marie de qua natus est Iesus qui vocatur christus. Originaliter Hath. i. et recitatur in euangelio presentialiter lecto.

Inuocandam te iudicamus in primis o Maria de qua natus est Iesus qui vocatur christus. Neque enim laus altera preclarior tibi dari potest. quod ex te natus est dominus noster Iesus christus. Tibi quoque fuit vir ioseph iustus et virgo tuet testis et custos virginitatis. Iacob inquit genuit ioseph virum marie, tu hodie regali ex progenie orta refulges. cuius precibus nos adiuuari mente et spiritu deoissime poscimus. Fac nos obsecramus in hac sacratissima natiuitate tua. mori peccatis. mori mundo. viuere et renasci deo. fac nascatur in nobis per gratiam Iesus qui vocatur christus quem admodum prius in te natus est per fidem et amorem. Dicente Augustino. Ius nascetur per corpalem incarnationem cui diuine incarnationi faciente consensisti salutata prius ab angelo sicut nunc te salutamus implorantes et dicentes. Ave maria etc. Iacob autem genuit ioseph etc. Natiuitas est hodie sancte marie virginis. patres celeberrimi. patres apostolici. domini sapientissimi. et ornatissimi viri. Eius est in quibus hodie natiuitas cuius laudes incantatorum vel declamatorum modo quodam scholastico plusquam declamatorio vel accurato sermone. et hoc ex passumptis enangelii verbis tanquam ex principijs nostre fidei firmissima credulitate tenendis. Sic enim philosophi solent ex principijs naturaliter cognitis ad elicendas conclusiones. nunc ex euidenti nunc probabilis consequentia preedere. Offerunt autem nobis ex passumptis Hath. euangelistice verbis. duo nostre fidei principia. Primum quod ex maria natus est Iesus qui vocatur christus. et ita fuit mater dei. quod christus est deus. Alterum quod ioseph fuit vir marie. et ita caput eius. quod caput mulieris vir secundum apostolum. Et hoc autem duplici principio. concluditur alterum duplex. Unum quod decuit ut maria tanta puritate niteret. sicut di. Ans

helmus. qua sub deo maior nequit intelligi. Alterum quod decuit ut ioseph tanta puritate polleret. que similitudinem et convenientiam exprimeret. talis sponsi ad talem sponsam mariam. de qua natus est Iesus qui vocatur christus. Unde sicut laus marie est laus christi filij sui. ita laus Ioseph in partu coniunium redudat utriusque Iesu et Marie. Sic ex aduerso dicit sapiens quod dedecus filij est pater sine honore. similiter dedecus sponse esset sponsus sine honore derelictus. Solutur ex his questio. cur de marie cur de ioseph preconijs dignitatibus et excellentijs virtutibus. opibus. et gestis. ampliora non tradit sacra scriptura. Neque enim mundus ipse capax omnes qui super his scribendi essent libros. Sed ex hoc quod duplici principio velut fecudissimo quodam copiosissimo et amplissimo laudum seminario habet deuoti contemplantis animus vni facilliter assurgat ad laudes que staslibet marie et ioseph. quod sic recte ascribat eis per sufficientiam aut virtuale continentiam laudes que in alijs creaturis etiam angelicis considerat. Nam habet hoc hierarchie ordo secundum Dionysium. ut inferiorum virtutes sint in superioribus perfectiori modo repositae. que admodum sapientia perfectior est in seraphin quam cherubin. Est autem maria super choros angelorum per gratiam et gloriam sublimata. que aliquid de ipso ioseph negare non audeo. sed nec affirmare presumo. Erunt igitur in ambobus perfectiores ceterarum creaturarum irrationalium et rationabilium. etiam angelicaru eminenti quodam modo reprobiles et attribuibiles. Et hoc quod late pateat ad comedationem utriusque perspicuum est solerter intuenti et per considerationem intrati. capos amplissimos omnium virtutum donorum beatitudinum fructuum spiritus et filium. Colligamur tamen ex his principijs laudes virtutesque ioseph scilicet et marie coartando sermonem circa ea que in benedictissima natiuitate marie currunt interserendo de iusto ioseph originali sponse suo. quod laus eius marie laus est. et hoc sub duplici consideratione fiat. Age in prima de nobilitate origine marie et ioseph. Age in altera de sanctificatione utriusque. Age in tertia de somitis reprobitione in utroque. Age in quarta de multiplici natiuitate christi respectu ioseph et marie. Erunt autem deductio nostra imitatrix sanctorum ac deuotissimorum patrum qui ad commouendum piarum mentium deuotionem. dixerunt multa de sanctis et de diuinis. Que et qualia. magis ex

deri humilit... ergo solennit... Inbunt angust... blandimenta... Caste impud... Ormen alioru... Deo geru... Sum... Loquatur vin... his ac ioseph... dices comite... laus infans... ergo tandem... ioseph p... ioseph o... uis o glori... i celis imper... i m... Quorum... m hic filium... vobis p... onungo... riarum... gnam... vrbigena... gis adu... vico... eptu... nos placit... Lectu... Explic... merada trinitas... iouit dicitas... ter ego puerpa... iu givbera... go fuit virgini... logio germi... laus humilitat... ior in deit... e humilitat... et q gre donu... ouilitate v... rict p gram... de dicam... udes canice...

coniecturali quadam pbabilitate. q̄ ex fi-
dei necessitate tenenda sciebant. Sic eoz
que dicentur plurima volo potius intelli-
gita ut non tam que facta sunt q̄ que fie-
ri potuisse pia quadam religiositate credi
p̄nt absq̄ ylla assertionis temeritate et sine
p̄iudicio sententie sanioris referantur.

Prima consideratō

Maria de qua natus est Iesus qui vo-
catur christus. sicut fuit regali ex p̄genieda
uid orra. ita ioseph virum marie decuit le-
gimus de domo dauid esse p̄genitum. hoc
ex euangelica traditione certū est. **S**ed
poterat hic sermo multus de nobilitate fie-
ri. quid sit. et quid vel quantum laudis habe-
at. De moribus insup nobilitū sicut apud
Arestote. apud **Cicero.** apud **Salustium.**
apud **Boe.** et alios plures inuenimus.

Et eni cum nobilitas sit quedam de meri-
tis veniens laus pentum. hoc in ipa nobi-
litate bonum est ut imposita nobilibus ne-
cessitudo videat. neq̄ maior virtute dege-
nerent. **A**lterū nobilitatis bonū q̄ p̄ba-
bile est im **Arest.** ex bonis. bonos nasci. p̄-
sertim vbi disciplina bonarū artium et vir-
tutum iam cōfestim a puero tradi p̄t. et de-
bet nobilitas et hoc si vero. et nō ficto nomi-
ne nobiles velint haberi. **C**olant in p̄mis
p̄cipua sollicitudine deū. cuius oraculū ad
puerulū samuelem tale factū est. **Q**ui me
cōtemnunt erunt ignobiles. neq̄ enim fa-
ciunt nobilem antiquate diuitie. ut videtur
Arestote. describere neq̄ dñatio super cete-
ros. aut aliq̄ h̄mōi tempale dat nobilita-
tem. sed seruitus dei. cui seruire regnare est.
cui agi frenis sūma libertas est. **S**ic aga-
tha theologisans gl̄iabat̄ inter opp̄bia
dicens. **S**ūma ingenuitas ista est. in qua
ep̄i seruitus cōprobat. **E**x q̄bus elicere
p̄tinus fas nobis est. mariam et ioseph sū-
ma nobilitate p̄ditos fuisse. **Q**ueratō. **A**i-
mirū. q̄ sup̄mam eos in dei obsequio etiā
corpali seruitutem exhibuisse credi debet.
Nobiles igitur q̄ nobilissimus regum
dauid. sicut eo sanctiores et timoratiores i
dei fuerunt seruitio. q̄nis illa fuit mirabi-
lissima stupendaq̄ nobilitas dauid. dū re-
spondit illi michol irridenti et cōtemnenti
eum in corde suo. **V**ixit dñs. et ludā añ do-
minū. et vilior fiam plus q̄ factus suz. et ero
humilis in oculis meis. **q̄. Regum. vi.**

Porro si de nobilitate corpis quā dare
videtur armoniaca cōplexionis dispositio
bona loquimur. **I**nuenimus marie corp̄
miraculose cōpositum. qm̄ ex vtero sterili
formatū est ab illo cuius p̄fecta sunt opera.
qui ideo p̄fecte materiam disposuit. ex qua
marie corpus formatū organizatumq̄ est.
Et p̄inde colligim⁹ q̄ neq̄ maliuol⁹ aspe-
ctus cuiuslibet ex planetis nocuisse credē-
dus est in ip̄o cōceptiōis aut natiuitatis. ex
ordie. sicut ne h̄mōi formatio subijciat̄
celoz influxib⁹. qm̄ quicqd̄ agebatur. h̄ to-
tum grate magis erat q̄ nature. **S**ume-
retur hoc loco efficax argumētum cōtra su-
perstitiosa. neq̄ fundabilem astronomo-
rum. de iudicijs circa natiuitates hominū
traditiōem. quo ad plurima q̄ asserūt. quo-
niam gratia dei et libertas arbitrij sic dñū
obtinēt sup̄ naturales influxus. q̄ p̄ expe-
riencias sumptas et hoim opationib⁹ nul-
le poterunt regule certe tradit̄ vniuersales.
Sed hec omittamus. quoniam ad alia. h̄-
mo deproperat. **E**nquiri vero potest de
anne sterilitate vnde erat. **N**ō eni videt̄ q̄
ex senectute vel senio licet anus appelletur
dum de marie cōceptiōe fit mētio. **C**on-
stat eni ex historijs et **Hiero.** testis est q̄ an-
na post genitam mariam ex iochim duos
bus viris nupsit cleophe et salome. et a p̄-
mo mariam cleophe. ab altero maria. salo-
me suscepit. quarū genealogie metris. p̄-
bense sunt. **A**nna trib⁹ nupsit. iochim. cle-
ophe salomeq̄. **E**x quib⁹ ipa viris peperit
tres anna marias. **Q**uas duxere ioseph al-
phe. zebedeusq̄. **P**rima Iesum. **J**acobū
Joseph cū **S**imone iudam. **A**ltera daria
cobū dat tertia. datq̄ iohem. **I**nuenim⁹
tur p̄inde doctores aliqui sat⁹ moderni ut
dominus **Armacanus** cōquisitiōem faciē-
tes de nobilitate ioseph et marie. **A**n vide-
licet illa talis fuerit et tam prima ip̄i dauid
scdm̄ rectam genealogie legem. q̄ vel ipsa
maria vel ipse ioseph. hereditario successio-
nis iure. debuerant in regnum temporale
dauid sublimari. **E**t an ihs benedict⁹ fru-
ctus ventris marie. fuerit iure ponend⁹ su-
per sedem dauid et thronum eius. tanq̄
rexp̄alis et specialis iudeoz. **A**n cōsequē-
ter inquiritur ab aliquibus si muliebr̄i se-
ru. deficiente masculino. apud reges ius
successionis ad regnum debeat etiam iure
diuino et inuariabili vel ip̄scriptibili cōpe-
tere. **Q**ue disceptatio non quam inter duo

regna christianoꝝ clarissima. Francieꝝ
 anglie. vel fecit. vel fouit cōtrouersiam. sic
 ex opusculis hincinde cōfectis sciri potest.
 quoz̄ snias omittre decreuimus p̄ p̄senti.
 Puto tamen pbabilius q̄ regnū xp̄i super
 iudeam nō fuit tempale sed spūale. sicut in
 alijs regionibus. Dicit autē specialiter rex
 iudeoz̄. qm̄ eis in p̄sona p̄pria regale sacer
 dotium exercuit p̄dicando. p̄pterea dicit.
 Non sum missus nisi ad oues que perierūt
 dom⁹ israel. Dec enī fuit p̄cipua causa de
 ceptionis iudeoz̄ circa xp̄m verū messiam.
 qm̄ omnia que de christi regno dicuntur in
 scripturis accipiūt carnaliter seu tempali
 ter. Cū tamen vere pilato diceret. Regnuz
 meū nō est de hoc mūdo. sed et alteri q̄ren
 ti. Dic fratri meo vt diuidat mecū heredi
 tatem. r̄ndit. Quis me cōstituit iudicē su
 per vos. Et ita de pluribz. Et fatendum
 tamen est q̄ ip̄e est. Rex regū et dñs dñan
 tium. Jure et titulo multiplici. quem admo
 dū declarat iter ceteros quidā doctor angli
 canus. pbare volens q̄ falsum et blasphem
 um est dicere q̄ xp̄s medicauerit. imo q̄
 potuit mendicare. Est enī in q̄t mendicare
 ip̄m mendicātem petere. de solo debito na
 turali. sine omni dignitate. iusticia seu de
 bito p̄sonali habito ad petitū. Fuit autem
 impossibile xp̄m aliquid petisse seu mendi
 casse ostiatim. vel aliter de solo debito na
 turali. sine omni dignitate iusticia seu debi
 to p̄sonali. Hoc enī faciendo. fictus extitit
 set et falsus. cū sibi cōpetuerit dignitas p̄
 sonalis et iusticia et debito. quā dignitates
 repudiare nō potuerat sc̄dm veritatem. Fi
 ctio autē longe erat ab eodez. Mendicitas
 enī defectū dicit. qz̄ mēne defectus est. Aut
 igitur medicans habet dignitatem aliquā
 p̄sonalem aut aliquā iustam cām ad peten
 dum id qd̄ petit. vt qz̄ ministravit illi spūa
 lia. sc̄z̄ p̄dicatiōem. oratiōem. vel missaz. v̄l
 tempalia sicut obsequiū. et sic non petit ex
 solo debito naturalis indigentie. sed habz
 debitum et obligatiōem iure p̄sonalis di
 gnitatis. aut alicuius alterius meriti p̄so
 nalis. et ita non vere mendicat. Et si medi
 care se se dicit. fingit hoc est mentit. Si au
 tem nō habet titulū dignitatis. aut alicui⁹
 meriti p̄sonalis. et est in necessitate positus.
 fatenduz est in hoc casu q̄ veraciter et licite
 mendicus est. Si vero deficit vtrunqz. vt
 qz̄ nō indiget. vel si indiget p̄t retribuere
 v̄l retribuit meritū p̄sonale. et sic medicat.

Ista p̄sus ē ficta et hipocritāl' mēdicitas.
 Spūs autē sc̄tis effugiet fictum. nec hy
 pocrita placebit deo. et ergo. mendicare nō
 cōueniebat christo. Quam late pateat hec
 materia viderit doctor p̄dicans. viderit et
 vestra beatitudo. Sed oritur dubitatio.
 cum Maria et Joseph fuerint de regia stir
 pe p̄geniti. quo pacto voluit ip̄e ioseph ser
 uilibz opibus intendere. Fuit enī faber li
 gnarius. Sicut dicit Hiero. Mariam ope
 ri terrino operam dedisse. Respōdem⁹
 mirandum non esse si paupertatis honeste
 p̄dicatoꝝ et amatoꝝ. Iesus. voluit in hone
 sta paupertate nasci. et laboriosissimus cū
 laborantibus educari. Dans in hoc exem
 plum omnibz etiam nobilibz ne vacent in
 erti ocio. qd̄ est fomes fons et origo omniū
 vicioꝝ. quoniam multa mala docuit ocio
 sitas. Recogitent insup nobiles et igno
 biles illud psalmistē. Labores manū tu
 arum qz̄ manducabis. beatus es et bñ tibi
 erit. Agerem hīc de mendicitate. nisi q̄ ad
 alia festino. Ceterum plurima suppete
 bat hoc loco querimonia contra quosdam
 superbe et enerviter ociosos. p̄sertim eccle
 siasticos et religiosos. sed aduersus eos sa
 tis sit volumen illud egregium quod de o
 pere monachoz̄ composuit Augusti. A q̄
 posterius multa Dugo de sancto vic. sum
 psit. et explicando disseruit. Et qz̄ illud
 qd̄ de forti muliere p̄dicat sapiēs marie p̄ue
 nit. que panē ociosa n̄ cōmedit. s̄ q̄sunt la
 nārlinū et opata est consilio manū suaz.
 Ideo rite subinfertur mystice de ioseph vi
 ro suo. q̄ nobilis in portis vir eius. Et hec
 de nobilitate Joseph et Marie dicta suffi
 ciant. Sequit de vtriusqz in vtero san
 ctificatione.

• Secunda confide. • R. •

Maria de qua natus est Iesus. sicut fi
 erat in vtero sanctificata prius q̄ nasceret.
 ita de Joseph virginali viro suo pia credu
 litate credi potest. q̄suis non omnino simi
 liter. Potest forsan hec dissimilitudo no
 tari. in hoc q̄ Joseph post originale cōtra
 ctum. sanctificatus est in vtero bap̄tismo
 flaminis sicut Johannes bap̄tista. et alio
 rum plurimi. Sic enim in officio hieroso
 limitano de Joseph composito cōtinetur.
 et ex p̄missio quadruplici p̄ncipio sequi
 videtur. Mariāz vero ita p̄uenit grātia

sanctificans. ut quia is lege communi teneret
obnoxia peccato originali. iuxta casus viles
generatiois ab adam traducte. non sic autem
filius eius ihesus quia non ex virili concubitu geni-
tus est. nihilominus ipsa maria lege puata
ac privilegiata. sic puata est. ut nequaquam il-
lud generale contraheret. quoniam hoc et potuit et
decurt fieri. ut perfectissimus saluator filius eius.
perfectissimum in sua matre modum saluationis in-
penderet. et sic sanctificando a peccato. ut in illud
in quo aliquando casura erat. ipso sanctificate et gratia
insudete non caderet. et ita coteretur caput ser-
pentis antiqum. nunquam ab eius pede contrita.

Longus esset sermo si cuncta persequeremur
de hac sanctificationis materia. quam ad bndi-
cite conceptionis sue festiuitatem remittimus. eli-
cites religiosum ac morale documentum. pie
et crebro predicandum. **C**onstat itaque deum magis
saluationis suenon ita legibus cibis traditio-
nis christiane. non ita sacramentis ipsis alligasse.
quin absque iudicio legis eiusdem. possit pu-
eros nondum natos extra uterum. in tus sanctifica-
re. gratie sue baptismo. vel virtute spiritus sancti.

Debent igitur mulieres pugnantes. sicut et viri sui
per se et alios. diligentius preces fundere deo et
ad sanctos angelos custodes hominum. etiam puero-
rum in utero. **D**ebent ad ceteros sanctos sanctas.
quos oes confugere. quoniam infans nondum natus.
si forte moriturus est. pulchrum ad baptismi flu-
minis gratiam puenire valeat. dignetur ipsum do-
minus ihesus sumus potestatem baptismi spiri-
tuali pueniendo misericorditer consecrare.
Quis enim scit si forte exaudiat deus. imo quis
non deum sperare valeat quod ordinem humilium
et in se spannum nequaquam despiciat. **P**ro-
ficat hec consideratio ad exaltationem deuoti-
onis in penitentibus. proficit ad lenitatem eorum. agri-
stia dum sine baptismo decedit puer. quia non
ois inde spes salutis ablata est. **S**ed neque
absque reuelatione dat. fateor. certitudo.

Sed oritur in hac consideratione scilicet in si-
milibus dubitatio theologica salubriter co-
raz. hoc sacrosancto concilio et publice practa-
da. **N**ecessitas enim maior incumbit. ut hoc si-
atque antea crediderat. **D**icit quippe nostra consi-
deratio quod maria fuit in utero sanctificata.
imo et ipse ioseph. **C**onstat autem quod hoc in scri-
ptura sacra que est canon biblie neque continetur
explicite. neque in contentis in eadem educitur
euidenter. **E**st igitur questio si de necessitate
fidei tenenda est veritas nostre considerationis
scilicet. **E**t hoc est inuestigare sub generali re-
gula. que veritas est certa fidei de salutis ne-

cessitate tenenda. que de sola probabilitate que
de pietate fidei. et que sit imprimis. **R**e-
spondere proposueramus per unicum distincti-
onem septuplicem collocando veritates pri-
nentes ad religionem christianam. sub sex gra-
dibus ad inuicem ordinatis. inferendo bre-
ues et paucas propositiones corollarias que forsitan
minus habent predicationis locum. que exercitium
scholasticum respiciunt. quale exercitium poste-
rius habere sperantes. nos hac dubitatione
relicta transibimus ad reliquas considerati-
ones tertiam et quartam.

Tertia consideratio

Maria (de qua natus est ihesus) sic habuit
repressionem fominis originalis. ne in viciosa
exardesceret concupiscentiam. sic de ioseph
virginali sponso suo intelligi pie potest. post-
quam dum matrimonialiter eidem coniunctus est.

Un sicut maria potuit ex snia dicere illud
Sare vxoris thobie iunioris filie raguel.
Tu scis domine quia nunquam concupiui virum. et mu-
dam seruauit aiam meam ab omni concupiscentia.
virum autem cum timore tuo. non cum libidine
mea consensu suscipere. sic ipse ioseph potuit
it apud deum gloriari. ita enim pie tenet.
Tu scis domine quia nunquam concupiui feminam
et mundam seruauit aiam meam ab omni
concupiscentia. **V**xorem autem cum timore
tuo. non cum libidine mea consensu suscipe

Testis et assertor huius sententie. nobis est
Diero. libello de perpetua virginitate **D**arie
contra heluidium etc. **S**imiliter **D**ugo de
sancto victore in tractatu de coniugio bea-
te marie et alij sanctorum plurimi. **D**iero-
nimus enim ioseph pmanisse virginem
non dubitat asserere. **I**oseph igitur pri-
usquam iungeretur cum virgine maria. corru-
ptus vel vxoratus non fuerat. **E**t hoc ma-
xime concludimus ex eo. quia si matri sue dnu-
ciam puecte. neminem dare custodem volu-
it nisi virginem scilicet **J**ohannem euangeli-
stam. quanto magis existimandum est quod hoc
fieri voluit in adolescentiori etate. **S**imi-
liter filius **J**esus sicut non voluit nasci ita
nec nutrirsi nisi in puritate virginali. **P**or-
ro ioseph si ab vxore post immediatum
tempus nuptiarum. continuit semetipsum
sicut euangeliste testimonium habet quod non
cognoscebat eam donec peperit filium suum
primogenitum et hoc propter reuerentiam tanti sacri-
sanctis misterij. **D**ic apertissime datur

intelligi q̄ nec post partū cognouit eam/
 quonia vrgentior erat ratio tunc q̄ prius
 vt ab eius cognitiōe se tēperaret. Et hoc
 nobis nō vt dubiū sed vt certa fide tenen/
 dum nūc inuigatur sic q̄ maria. post ptū
 inuolata pmāsit. **A**ddamus q̄ ioseph
 cū esset vir iustus cum preterea fomite ori/
 ginalis peccati vel rep̄ssum vel extinctum
 haberet (ita ei decebat fieri/ne marie spe/
 ciositas vel familiaritas/sibi cederet i scā/
 dalum vel ruinā) Ipse ex cōiuctu z cōba/
 bitatiōe familiari marie nō mouebat ad
 libidinē sed ad castitatē tam ex rep̄ssione
 hmōi fomitis in seipso/q̄ ex marie virtu/
 te z merito/q̄ ex disciplinato cōuersatiōis
 modo. **H**ic figuratē p̄ illud de suna/
 mite que erat puella pulchra nimis z dor/
 miebat in sinu dauid. qui tamē nō cogno/
 uit eam. nec in eius cōcupiscentiā quōli/
 bet exarsit. **S**ic enī certissimū est de **D**a/
 ria cōiuge sua q̄ ex cōiuctu seu associatiōe
 viri nulla eam carnis titillatio. null^o pru/
 ritus/ nulla illecebra p̄ueniēs rōem vel in/
 obediēs sibi v̄exabat eam. Alioq̄n peccas/
 set saltē venialiter qd̄ Augusti. negat. **A**e/
 gant z doctores/ quia gratie plenitudinē
 habuit/ ad vincendū ex om̄i pte p̄ctm. pl^o
 q̄ adam ex originali iusticia. **T**radit do/
 min^o bonauētura hoc se habuisse a iudeo
 rū fideli narratiōe q̄ null^o ex aspectu gl̄io
 se virginis q̄uis esset pulchra nimis v̄reba/
 tur aut inflāmabat ad sedā carnis cōcupi/
 scentiā sed eā potius extigebat/ ille diuī/
 nus aspectus q̄si frigidus quidā ex ocul^o
 ros virginē spiraret/ vel efflueret a mente
 sua castissima. **S**ic ex aduerso de peccati/
 ce ac petulanti muliere verū est illud or̄a/
 t̄ij. **E**t vultus nimīū lubricus aspici. **S**ic
 de talib^o notauit **J**acobus. **O**culos inq̄t
 hñtes plenos adulteriū z insatiabilis de/
 bzosa in aspicientes. **D**emini melati^o
 alias cū de cōceptiōe virginis sermo fieret
 materiā hanc p̄ similitudines z rōes p̄tractas/
 se vt de **S**amma herba cui^o et aliorū quo/
 rundā preciosoz lapides/ mouet aspect^o
 ad castitatē. **E**licio protin^o ad p̄firman/
 dā. **M**arie perpetuā virginitatē cū **J**oseph
Nō oportet credere ip̄m ioseph iustū viz
 marie senio fractū/ debilitatū aut frigidū
 fuisse. duz nupsit marie adolescentule/ ad
 saluandū castissimū atq̄ pudicissimū euz
 ea cōiuctū. **P**otuit v̄tq̄ plus opari sp̄s/

sanct^o in cōseruando castitatē ipsius **J**o/
 seph p̄ repressiōem. vel extinctiōem fomitis
 originalis in ipso. q̄ senectus vel senium
 opetur. **E**tenī quis nesciat. quosdam se/
 nes septuagēarios aut octogēarios spur/
 cissimis z sedissimis libidib^o exarsisse eun/
 tes post desideria sua. z in adinuētōibus
 suis turpissimis/ quales etiā vel cogitare.
 vel dicere. pudor z fetor est cōputrescētes
Sensit virginitatis grām q̄ dixit. **S**cio
 enī q̄ cōtinens esse nō possum nisi dede/
 rit de^o. **S**ic autē existimo **J**oseph fuisse
 iuuenē. sicut iuuenētis terminos ponit vsi/
 dorus. q̄s extendit a. xxviii. annis. vbi ter/
 minat adolefcentiā vsq̄ ad annū q̄nq̄gesi/
 mū quo tpe etas tūc senectutis inchoat.
Fuit igitur **J**oseph dū primo despōsa/
 tus est sub quinq̄gesimo anno p̄stitutus
Aec v̄get in oppositū libellus de infan/
 tia saluatoris. quia iure dānatus ē. **N**o/
 net autē ad hoc pie tenendū multiplex rō
Primo p̄ter misterii prophetiā quo
 dr̄ in ysaiā. **L**etabit sponsus sup sponsam
 z habitabit iuuenis cū virgine. vbi glosa
 interlinearis z ordinaria. dicit ioseph cū
Daria. **N**ouet historie p̄sideratio. qz
 cleophas scōs maritus **A**nnę. et cui^o filia
 sorore marie virginis/ geniti sunt quatu/
 fratres **J**acob^o **J**oseph **S**ymon^o z **J**udas
 habuit fratrem ip̄m **J**oseph virū marie fili/
 astre sue. **N**on igit̄ videt̄ pbabile q̄ in eta/
 te tantū distaret **J**oseph z cleophas fr̄es.
Nouet tertio finis z ratio despōsatiōis
 marie cū **J**oseph. **Q**ue ratio duplex prin/
 cipaliter assignat. **U**na propter ministe/
 riū z obsequiū prestandū ipsi marie z pue/
 ro **J**esu eūtib^o in egiptū illic manētib^o/
 z in deremeātib^o z cōsequēter vsq̄ ad p̄fe/
 ctam etatē. **C**onstat autē q̄ ad talia nō fuisset
 idone^o homo senio cōfractus z ipotēs
 qualis eget ampli^o vt ei ministret̄ q̄ mini/
 strer. **Q**ualis p̄terea onerosior marie q̄ ob/
 sequētiō extitisset. **A**ltera rō fuit ad cō/
 seruandā marie famā apud p̄fidos iude/
 os. z ad incarnatiōis misterii celandū de/
 monibus q̄ ratio cessasset prozsus si **J**o/
 seph senex frigidus z quasi maleficiatus
 palam apparuisset. **T**alis enī quo pacto
 credi potuisset alicui^o pater infantis.
Quereret igitur aliq̄s cur senex depingit̄
Responso depingit̄ alicubi senex **P**rop̄
 mentis z castitatis virtutē. sicut dicit sapi/
 ens/ q̄ etas senectutis vita immaculata.

Quo contra dicit propheticus **f**mo q̄ ma
ledictus puer centū annorū. **¶** Vel iō pi
gebat̄ senex ab initio nascentis ecclesie.
dum **M**arie p̄petua virginitas nondum
vt modo radices fixerat in cordibus fide
liū/ne suspicaretur carnale aliquid de **J**o
seph & **M**aria. Hinc fortassis omīssa ē so
lennifatio celebris. de taz venerando leto
q̄ coniugio. **¶** Depictū tamē inuenim⁹ **J**o
seph velut in etate iuuenili qualē predicti
mus sicut i hac alemania crebro notauī.
¶ Vel dic illud oratū pictorib⁹ atq; poe
tis. Quodlibet audendi sp̄ fuit equa pos
restas. **¶** Suggestabat hoc loco religiosa
studiositas plurima cōquirere de castissi
ma & sanctissima cōuersatōe **J**oseph cum
Maria de cōfabulatiōib⁹ suis diuinissim⁹
mis/in loco peregrinatōis sue sup̄ myste
rijs nostre redēptōis/ sup̄ canticis ipsius
Marie zacharie. & symeonis. **S**up̄ his p̄
terea oibus que dicebant̄ de puero iesu. et
que videbātur in eo & q̄ reuelabātur ab ā
gelo immo & que felici expimēto tu maria
didiceras. **¶** Cū sic decuit mariā vt sum
ma puritate niteret. sic decuit/ vt h̄ret suo
modo parē sp̄sūm purissimū q̄ cū perpe
tua virgine. virgo prius ac posteri⁹ p̄ma
neret. **¶** Uterq; regali progenie renitens et
illustis **¶** Uterq; sanctificatōem in utero re
cipiens cū maria plena gratia fomītē rep̄
mente. māsit **J**oseph repletus gratia. pec
catū saltem mortale quodlibet supante
¶ Nouit **M**aria virginitatē/ vouit et ipse
Joseph s̄m doctores cui voto nō repugna
uit vera matrimonialis cōiunctio neq; cor
porū mutua translatō. **I**n quo matrimo
nio proles fuit fides atq; sac̄m. **¶** Nouit
maria misterīū incarnatōis a seculis ab
sconditū angelo nūciatē/ nouit & **J**oseph
ammonit⁹ sup̄ hec i somnis & vt existimo
pie prius edoc̄ familiarit̄ a **M**aria. sicut
beatā **L**eciliā legim⁹ valeriano sp̄so suo
dixisse. Est mihi misterīū qd̄ reuelē aman
tissime iuuenis si tota illud fide custodi
as rē. Quidni fuerit audētior diuino cō
fidens auxilio **M**aria erga sponsum suū
Joseph pudicissimū/ cū esset iustus/ q̄ ce
cilia erga **V**alerianū. quē vr̄gebat imper⁹
nuptiar̄. **¶** Turbata est maria in angeli
ca salutatōe sed nō turbata vel incredū
la. **T**urbatus est ipse ioseph ad stupendū
tante nouitatis miraculū. **I**ta vt nollet
mariā traducere/ nō tamen cōturbarus/

vel culpabiliter in credul⁹/ sed stupor qui
dā apprehēderat eū/ sicut de petro legim⁹
dum ait ad ih̄z. **¶** Et iā med̄ne. qz peccator
sum **J**oseph similr̄ coniūgi cōiugio tā ex
cellētissimē virginis marie. indignū se iū
dicabat. **¶** Propterea non ex credulitate su
spiciosa. sed ex p̄fundissima humilitate
det̄ mariā traducere noluisse. sed quasi dis
p̄tisse. **¶** Et iā med̄ne qz peccator sum **H**inc
angelus ad eum **J**oseph fili dauid. noli t̄
mere accipe **M**ariā coniūgē tuā/ nō dixit
noli incredulus esse. **¶** Visitauit maria za
chariā & **E**lisabeth nō dubiū quin de licē
tia & p̄sensu viri sui **J**oseph/ iā de sac̄m
to incarnatōis instructi. **¶** Visitauit & **J**o
seph/ vel illo tūc vel in solepnitate pasca
li que p̄tima erat/ & ad quā ire iubebat lec
in hierl̄m. **¶** Decātauit canticū maria. ces
ciner̄ ipse zacharias. **¶** Non dubiū quin p̄
ticeps & cōsciū canticorū istorū **J**oseph
exerit. **¶** Congratulata est **M**aria cū ce
teris parentib⁹ & cognatis ipsi **E**lisabeth
puerpe dum ioh̄anē enixa est. a qua cōgra
tulatiōe ioseph alien⁹ nō fuisse putādus ē.
¶ Recogitabat maria signū datū ipsi achaz
de virgine paritura in se completū fuisse.
¶ Glorīabat et hoc ipse ioseph magnificās
deum in corde suo & assidue gratias agēs
¶ Obediuit **J**oseph edicto quod fecit ce
sar **A**ugust⁹/ obediuit & maria. **S**criptum
est enī qz **J**oseph iuit in bertheē cum **M**a
ria vxore sua pregnante. **S**ciebat enī obe
diendū esse potestatiū sublimiorib⁹ quo
niā sic est voluntas dei. **¶** **M**aria filiū suū
primogenitū mox vt natus est/ adorauit
cū gaudio & exultatiōe. **J**oseph ab hoc ado
ratiōis gaudio & exultatiōe nequaquā alie
nus fuisse credēdus est. **¶** **M**aria conser
uabat omīa que dicebātur de puero **J**esu
per pastores/ p̄ tres reges/ p̄ symeonē. per
annā/ per ceteros/ cōfērēs ea in corde suo
et admirans/ nō ex ignorantia sed ex inso
lita mysterij reuerētia **J**oseph similr̄. **¶** Nā
scriptū est qz erat pater iesu & mater admi
rantes super his que dicebātur de puero.
¶ Obediuit ioseph angelo iubēti in som
nis vt acciperet matrē cum puero vt fuge
ret in egiptū. **¶** Obediuit & **M**aria. noua il
la puerpa et delicata iuuecula nocte con
furgens **I**n q̄ pegrinatiōe laboriosissima
dicere poterant vterq; ad dñm **L**antabi
les mihi erāt iustificatiōes tue in loco pe
grinatiōis mee/ vnde qdā metricē scribit

Velut ex persona pegrinantium et psallentium de lege domini.

Esto peregrinis nobis cantabilis alma.

Lex domini releuans tedia dura vite.

Nam fugiunt tristes citius per inania cure.

Lamina diuinus dum modulatur amor,

Ergo celi gena miseris mens incola terris.

Sis psalter lircis iugiter apta modis.

Sic non te totam lachrymarum valle molesta:

Sed celo poteris dicere te positam.

Et o bone **J**esu o salutarifer christe quos sufficenter existimare possit egressum pro
gressum et ingressum pegrinationis illi septenalis/quatuor fuerit hinc labor dolor
et timor. quante inde diuinorum sapor et dulcor. **E**t vñ: **A**lmix ex diuina psolatione
que facit etiam cum reprobatione proventu. **E**t mutua rursus collatione et allocutione ioseph
cum marie amboz cum puero iesu. **E**t recogitatione tandem diuini psilij sup redemptioe
generis humani. sicut **A**ugu. cõfiterur. qd nõ satiabat dulcedine mirabili. sup altitu
dine psilij diuini in redemptioe generis humani. **Q**uis det interfuisse colloquutionibz
hinc: **Q**uis pegrinantibus his cõcesserit assistisse: **Q**uis det iconomiam illa honesta
paupertate gratissimã viri et uxoris cum filio / vbi pro famulo dabat asinum? **Q**uis det
psiderare poterit. **U**nde si verõ illa mater elizabeth exclamauit pphetice ad vni
tam marie salutatioem / si exultauit pre gaudio iobes infans in ytero suo. quid ex
cõtinua cohabitatioe et allocutione cum marie et puero iesu. iustus ioseph accepit diui
ne consolatiois et illuminatiois dici nequit: **Q**uis det hymnum de canticis syon ex
Maria suauiter audiuisse in terra aliena: **Q**uis det eã baiulantem in vlnis / spe
ciosum forma pre filiis hominum / qd blandiebat arridenti. qd cõdolebat vagienti. qd fre
quenter tibi viro spõso suo ioseph. baiulandum. fouendum. osculandumqz tradebat / vi
dusse. **L**egim⁹ preterea puez ihm dñi. xij. annoz fact⁹ esset. subditum fuisse ioseph et
marie. qd subiectio sicut inestimabile notat humilitate in iesu. **T**radignitate incõpa
bilem signat in ioseph et marie. **P**orro legim⁹ in trãfitu marie ipm assistisse. **H**oc
enim hieronim⁹ argumentatur. **S**ic et in obitu felici ioseph recte credendum est **M**a
riam spõsam. et filium ihm. corporaliter affuisse. **A**n te enim xpi passionem defunctus est.
Aliquin enim custodia matris alteri cõmissa non fuisset.

Hinc metricus quidam.

Generat illa dies qua vitam morte pararet.
Perpetuam tibi iuste **J**oseph datid inclita proles
Ips adest cum matre pia quibus officiose
Serueras. vultu placido solantur euntem,
Dra licet lachrymis / oppleuerit intus abortis
Naturalis amor / etenim sic credere fas est
Ox patrem **J**esus. et sponsum fleuit morientem
Virgo benigna suum / fidei custodis amator.
Procumbit lecto. complexans membra pudicis
Oscula dat labijs / mi vir conclamat. obis ne.
Deseris. et viduam passuram dira relinquis.
Velle tamen fiat domini. dilecte vale mi.
Ecce **J**esus tuus in placida te sede locabit.
Protinus ipse **J**oseph / preciosa morte quieuit.

Legim⁹ christo moriente multa corpora sanctorum surrexisse. et venisse in sanctã ci
uitate hierl'm et apparuisse multis. **H**inc forte dicit ap'plus **A**cciperunt mulieres
de resurrectione mortuos suos. **R**ecogitet oro pius anim⁹. si iustus ioseph. vnus est
ex illis putadus fuisse. qd marie apparuerit carissime sponse. qui eã consolatur / sit / qd
tandem xpo in celum ascendente. simul et ascendit glificatus. **N**on dubium in aia. **S**3 an
et in corpe. nescio. deus scit. et collocat⁹ est a dextris ipsius iesu. hoc est in potioribus
bonis suis. **C**oncludit ad extremum p pmissis et alijs inenarrabilibus iusti ioseph

• Sermo factus de •

• 2 • preconijis / q̄s recte q̄s religioſe faciūt z fecerūt qui celebratē de uirginali cōiugio
Marie et Joſeph / qui feſtiuitatē ſolepnē de beato trāſitu eiſdē Joſeph pagere
ſenſerūt tam uerbis q̄s ſcriptis ſuis que ſcripta q̄m uel hñtur uel faciūt haberi p̄nt
ea breuitatis amor linq̄t. Et adyltimā ſe trāſfert p̄ſideratōem. q̄ poſt uerbū de no
bilitate ioſeph z marie in p̄ia p̄ſideratōe. De hinc de ipſoz ſanctificatiōe in altes
ra. Rurſus de ſomitis reſp̄ſione in tertia. Loquit de multiplici natūitate Jeſu z de
habitudine quā h̄z ad mariā atq̄s ioſeph h̄mōi natiuitas.

• Quarta conſideratio • De maria na

tus eſt ieſus q̄ uocat̄ xp̄s / nedū corp̄aliter ſed ſp̄iāl̄r quidē Et de uirginali ſponſo
ſuo ioſeph ſuo mō dici p̄t. Nō eq̄dē dici p̄t. q̄ de ioſeph nat̄ ſit ieſus. mō quo blaſ
femat iude⁹ infelix q̄ dicit xp̄m ex ioſeph ſemie eſſe natū / p̄cul hoc a pietate fideli
um. **S**z attēdo triplicē natiuitatē Jeſu xp̄i / attēdat z ueſtra bñtudo ſcz eterna /
lem / corp̄alē ſp̄iālē uel mētalē. Naſcit̄ enī eternal̄r ex patre. quē ad modū naſcitur
ſplēdor ex luce coeuius luci. Hinc eſt illd̄ ecclie cāticū. **O** rōies ſplēdor lucis et̄ne
Et in p̄ſona ſapie increate dic̄ eccl̄iaſtic⁹. **E**go ex ore altiffimi p̄dij p̄riogenita añ
oem creaturā Et yſaias **B**eneratōz ei⁹ q̄s enarrabit. Et in pſal. **E**x uero añ lucife
rū genui te In hac eternali natiuitate xp̄i ieſu. neq̄s maria. neq̄s Joſeph cōicat̄. **A**
tera natiuitas xp̄i ih̄u / ſuit corp̄alr in mūdo ex uirgine. De q̄ angel⁹ ad mariā **S**pi
rituſ ſc̄t̄s ſupueniet in te z uir⁹ altiffimi obūbrabit tibi. Ideoq̄ z qd̄ naſcet̄ ex te
ſanctū uocabit̄ fili⁹ dei Et hoc factū eſt qm̄ p̄pleni ſunt dies marie ut pareret z pepe
rit filiū ſuū primogenitū. Et in hac qdē natiuitate ſola maria. materiā miſtrauit
Et uero qz corp⁹ marie fuit ipſi⁹ Joſeph. iure matrimoniali q̄ ſit mutua trāſlatō
corp̄oz uiri ad m̄liere z ecōtra. **U**ideam⁹ ſi cū intelligētē ſobrietate dicere fas no
bis ſit / q̄ ex corp̄e carne Joſeph nat⁹ eſt xp̄s ih̄s. Et hoc dici forſitan poſſet / niſi
piay auriū timeret̄ offenſio. **A**duertam⁹ tñ ex lege ueteri / q̄ ſi frater deceſſiſſet
ſine prole / frat̄ ſupſtes ducebat̄ uxore defuncti ut ſuſcitaret ſemē ei⁹. Ac nat⁹ in pu
er dicebat̄ filiū nō quidē natural̄. ſz legal̄ illi⁹ q̄ iā obierat̄ fr̄s Sic enī cōcordat̄
euangelica ſeries genealogie xp̄i dū ioſeph legit̄ habuiſſe duos p̄ſes vnū quē ma
the⁹ noiat̄ iacob. Altes quē appellat̄ lucas hely. q̄ legal̄ fuit p̄ iacob uero natura
lis **Q**uoꝝ ſum iſta. **A**imix p̄ intelligētia l̄re ne pateat̄ irriſiō uel ſcādalo neſciētū
more ſcripture. q̄ ioſeph habuerit duos p̄ſes naturales **U**el q̄ euāgeliste mēti
ſunt put̄ opponit̄ **J**ulian⁹. **P**roinde q̄ten⁹ daret̄ intellect⁹ quō ioſeph dicit̄ e p̄
Ih̄u xp̄i / nedū a iudeis h̄ put̄atibz carnalr ſentiētibz / ſz ab ip̄a etiā uirgine **M**a
ria. **F**ili inq̄t. **Q**uid feciſti nob̄ ſic **E**cce p̄ tu⁹ z ego dolētes q̄rebam⁹ te **F**uit ita
q̄s Joſeph p̄ ieſu reputatōe **F**uit p̄ curatōe. qz nutriti⁹ **F**uit etiā p̄ generatōe
nō qdē ſua ſz marie uxoris ſue / coopante ſp̄iſc̄tō z qd̄ amō uices ioſeph gerēte / nō
uirili ſemie ſz miſtico ſpiramie. **P**ropterea p̄ qdē ioſeph nō natural̄ ſz legal̄ pue
ri ieſu dici p̄t. cui ſp̄iſc̄t̄s ſuſcitauit ſemen carnale **U**alēt⁹ **H**at⁹ e igit̄ ih̄s in tra
ſeu fundo ipſi⁹ Joſeph de q̄ tra clamat̄ **I**ſaias **R**orate celi deſup z nubes pluāt̄ in
ſtū ap̄iat̄ terraz germiet̄ ſaluatorē Et in pſal. **U**eritas de tra orta ē. **Q**uidni p̄pe
tat̄ igit̄ ipſi Joſeph ius aliq̄d legale ultra cetos hoies i bñdicta pueri ieſu forma
tōe qm̄ nat⁹ e in ea. z ex ea carne cui⁹ dñi iure m̄rimoniali uere trāſlatū erat̄ i ip̄s
Joſeph **U**n̄ nō p̄fundebat̄ maria uocare Joſeph dñm ſuū quē ad modū de ſara ad
abraā ſcribit̄ ap̄ls petr⁹. **U**n̄ z p̄ponit̄ eū ſibi uibi p̄ri⁹. **E**cce p̄ tu⁹ z ego q̄rebam⁹
te. **A**imix **Q**uia maior in maria q̄ ſara hūilitas z Joſeph dignitas abrae digni
tatē ſupabat̄ **F**uit at̄ hec p̄creatio pueri Ih̄u i te maria p̄ ſp̄iſc̄t̄m de p̄ſenſu uero
uel interpretatiuo uiri tui ioſeph **U**olebat̄ enī q̄ fieri uolūtas dñi p̄ oia cū eēt iuſt⁹.
• 2 • **H**ec at̄ dicim⁹ ad excludēdū p̄tus adulterinos uxoz. in q̄bz mariti uel nō p̄ſenti
unt. uel p̄ſentire rōnabil̄ nequeūt. **N**ullū idcirco ius p̄nitat̄ in talibz filiis. ſz i
fundo ſuo genit̄s uēdicare p̄nt **L**ibet hic exclamare. **O** mirāda p̄ſus Joſeph
ſublimitas tua **O** dignitas incōpabilis. ut mat̄ dei. regia celi. dñā mūdi. appella
re te dñm nō indignū putauerit̄ **N**eſcio ſane p̄ſes orthodoxi qd̄ hic ap̄lius beāt̄

mirabilis vel humilitas in maria vel in ioseph sublimitas quibus incopabiliter erupet vtriusque puer Jesus benedictus in secula de quo scriptum est et iam dictum est. quod erat subditus eis. Subditus fabro is qui fabricauit auro raris solis. Subditus femine terrine. cui rectorum omnium genua celestium terrestrium et inferorum. Lupem mihi verba suppeteret ad explicandum tam altum et absconditum a seculis mysterium. tam admiranda. venerandaque trinitate Iesu Ioseph et Marie. Velle mihi quidem adiacet. sed posse non inuenio ac in ipso conatu deficio. **U**n cum gratia filius glorie. naturam non tollat sed extollat et proficiat. recogitemus pia deuotione. quod si vinculo quodam naturali obligatio conuenit filii ad matrem et matris ad spiritum suum et vtriusque scilicet filii et matris ad fidelissimum vigilantissimum et sedulum custodem et nutritum Ioseph qui fuit caput marie. habes inde auctoritatem aliquam principatum dominatorem vel imperium in maria sicut et maria suo modo. in filium suum Iesum iure naturalis maternitatis quantum existimamus est iustus ipse Ioseph. nunc in gloria et in celis qui talis et tantus inuentus est. hic in miseriam in terris. **P**rofecto si non mentiebatur Iesus qui ait. **U**bi sum ego. illic et minister meus erit. Ille proximior videtur colloquutus in celis qui in ministerio fuit vicinior obsequentior atque fidelior post mariam inuentus in terris. **S**ed hec hactenus de ipsa natiuitate corporali iesu christi cuius princeps quemadmodum Ioseph exierit supra viros ceteros. et de sublimitate sua aliqualiter aptum est honore sanctorum sanctarumque omnium inter quos non est contentio. quibus eorum videatur maior esse ac intelligentie sobrietate sempersaluis. **N**unc de terna natiuitate. que spiritualis est. et omni deuotione viuenti concibilis sermo loquatur de qua christus apud iohannem ait. **O**portet vos nasci denuo. **E**t iterum quod natus est ex carne caro est. et quod natus est ex spiritu spiritus est. **I**n hac autem natiuitate. vicissitudo mirabilis est quod dum nascitur Iesus in anima deuota per fidei gratiam. fit ipsa verbigena hoc est verbum generans. et mater dei que tamen anima nuda per naturam. sed per gratiam adoptatam est filia ut verum sit de quolibet tali anima. quod ipsa est virgo. mater. et filia. **I**taque quod mater sit. testis est omni exceptione maior que ait. **Q**ui fecerit voluntatem patris mei qui in celis est. ipse meus frater soror et mater est. **P**orro de filiatioe quid iohannes. quod paulus dixerint scimus. **D**e-

dit eis partem filios dei fieri inquit iohannes. **E**t quod subdit quod per fidei. quod his que credunt in nomine eius. **E**odem enim teste dominus qui credit quoniam ihesus est christus. ex deo natus est. **S**equitur aliud quod pertinet ad anie verbigene. dei matris et filie virginitatem. **Q**ui non ex sanguinibus ait neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri sed ex deo nati sunt. **N**escio dicere quod sentio. nescio si satis assequer verbigis suppleat imperfectum meum sapientissima beatitudo vestra. **I**taque considerat in anima rationali in diuisibili quidem subaltera. portitum cula quedam virginalis que nec obnoxia potest esse violatoni. **N**ec appellatur quandoque a doctoribus sinderis. quandoque a permentis quandoque scintilla rationis quandoque naturalis instinctus in bonum. **H**ac autem sinderisim. nec ipsi violatores et corruptores anima rerum demones corrumpere possunt etiam in inferno quin ad bonum stimulet et ad malum remurmuret. **H**inc nascitur acerbissimus ille vermis qui non morietur. **H**ic rixa discerpens et dissipans supra que cogitari potest animam infelicem dum sinderis impellit ad dilectionem dei. sed reprobavoluntas toto odiorum conatu resistit in aduersum. **S**ed ad quod ista de sinderis deris. **C**erte ut ostenderem eam spiritum virginem esse. que dum caret obubante et secundate spiritus sancto. manet infeliciter sterilis. dum autem ad est idem spiritus visitans gratificans et secundans fit ipsa verbigena hoc est verbum pariens. et hoc sine corruptioe quod non ex sanguinibus corporaliu fantasmatu. neque ex voluntate carnis desiderio carnalium. neque ex voluntate viri hoc est ex parte liberi arbitrii sed ex deo est quicquid hic natus est. **N**ec tamen excludit sinderis rationis sensus. **S**ed dum nunciatrix gratia. afflatu secreto et intimo veluti clauso super animam ostio suggerit aduentum verbi in mentem. ruderit sinderis humili genuflexione. **E**cce ancilla domini. **F**iat mihi secundum verbum tuum. **D**einde visitat **E**lisabeth senem et corruptam per quam mystice designat inferior portio rationis se conuertens ad corporalia terrena vnde quodammodo violat. sed ex munere diuino iohannem in se recipit. **H**ec est gratia precipua. **E**t ita gaudium Marie verbigene in elisabeth grauidam partu tali gratie deriuari recte memorat. **H**is itaque breuiter et per captum tante rei tenuiter expositis de hac virginali natiuitate et filiatioe dum in anima nascitur Iesus quod vocat christus. nulli dubia relinquitur veritas nostre huius principat

¶ Verbo de natiuitate marie.

quarte cōsideratiōis. q̄ sc̄z tam ex **Maria** q̄ ex ioseph natus est iesus qui uocat̄ x̄ps. Nō si traducere placuerit uerba themat̄. ad hunc anagogicū intellectū. poterim̄ conuenienter aptare q̄ **Jacob** genuit **Joseph** uirū **Marię**. Quid enī p̄ iacob. qui supplātor appellat̄. rectius accipitur q̄ luctat̄ supplātor uiciorum. quod fit in actiua. in qua primū cōtemplatiuū exerce ri necesse est. Oportet insup̄ actiuis p̄ se gignet̄ et se meditatiōem. **Est** autē meditatio uehemēs animi applicatio. ad diuinū aliquid inuestigandū. cognoscendū et degustandū. que meditatio recte p̄ **Joseph** exprimit̄. quia ioseph crescēs interpretatur. Neq̄ enī potest aliter anima meli⁹ ex crescere spūalibus augmētis q̄ p̄ meditatiōē fortē et salubrē p̄ quā ascendit aia de uirtute in uirtute reiecta uel superata fluitabilitate inanium cogitationū. et uoluta bzo desideriorū carnaliū. euacuato. **Hec** insup̄ meditatio. q̄ robusta est. neq̄ fluida uel eneruis sicut est ipsa cogitatio. re cūssime uir dicit̄. **Sed** cui⁹ uir? **Uir** t̄q̄ **Marię** p̄ quā om̄is mens illūiat̄ uel illuminat̄ diuinū intelligit̄. **Audi** meditatiōē illuminatē. **In** meditatiōe mea in q̄ psalmista exardescet ignis. **Eccē** splendor illustrās. **Et** hac at̄ maria mystica nascit̄ p̄ cōtemplatiōē. **Ihs** q̄ uocat̄ x̄ps. nō q̄dē ex cōmūtiōe uiri sui q̄ est meditatio. s̄z put̄ expositū est mystico spiramē dū spūscūs obumbrat aiam ad terrena nō spiciēda refrigerans ab ardore illecebrarū carnaliū. **Aluminat** autē ad diuina libero intuitu. longe lateq̄ contēplanda cum degustatiōe q̄ suauis est domin⁹. **Hec** est illa brā natiuitas. in qua castissimis amplexib⁹ tenetur deosculat̄ puer iesus. in q̄ pascitur et nutrit̄ lacte deuotiōis et melle contēplatiōis. in qua dulcor et splendor est. **Quine** tiā uersa uice renascit̄ aia x̄po. ut ita se mutuo cōdeceant adolescēs et adolescētula in mētis excessu. et dicat ad dilectū suū dilectā. **Dilectus** me⁹. supple cōdecet mihi et ego illi. **Hec** est gratiosauere desideranda natiuitas. **Sic** ei nascēs. succedit deo patri in nobilitate. q̄ de⁹ efficit ipse p̄icipiōe diuinitatis. **Sic** deducit **Boetius** **Et** p̄pheta ait in p̄sona dñi. **Ego** dixi dii estis et filij excelsi oēs. **Ad** deo quidē **Maria** fuit diuina. ut ea q̄ de sapiētia increata scribit̄ ecclesiastic⁹. ecclesia transferat ad

maria ut est illud. **Ab** initio et ante secula creata sum. **Succedit** p̄terea talis deo in dilectiōe. **Uide**te in q̄t iohes. qualē charitatez dedit nobis de⁹ pater ut filij dei nominemur et sim⁹. **Succedit** in strēnuitate quia om̄e q̄d natū est ex deo uicit mundū. **Et** iterū. **Om̄is** q̄ nat⁹ est ex deo nō peccat. **Honne** tibi magna uidet̄ strēnuitas uincere mundū. et nō peccare. **Succedit** demū in hereditate. quia si filij et heredes. etc. **Quo** cōtra nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua et spūscō nō potest intrare in regnum dei quod est hereditas patris nostri. **Legi**tur aristotele d̄ dixisse. gaudeāt bñ nati. gaudeant plane q̄ non ex sanguinib⁹. neq̄ ex uoluntate carnis. neq̄ ex uoluntate uiri sed ex deo nati sunt. mō dicto. **Quo** cōtra maledicit̄ **Job**. maledicit̄ et **Jeremias** natiuitati sue repñtantes illud apli. **Dēs** nascimur filij ire. **Hec** est natiuitas nature corrupte q̄ seclusa gratia miserabilis est **Job** homo nat⁹ de muliere breui uiuens tēpe replet̄ multis miserijs. **Et** eccl̄astes laudat̄ magis mortuos q̄ uiuētēs et feliciorē utroq̄. qui non dū natus est. **Quia** in re stultissimū est. solēnsare natiuitatē hoim̄. quē admodū fecit herodes diē natalis sui celebrē in quo **Johānes** occisus. **Dy**stice gratia p̄dita. **Hinc** recte traditur facere gens thracie. que natiuitates hoiz deplorat. cōgaudet moriētib⁹. **Hic** uero natiuitatis spūalis duz homo regenerat⁹ est p̄ gratiā baptisimo. uel fluminis uel flammis. sub hac intentiōe celebrari p̄r. nedum sine culpabili rephensiōe. sed cū laudabili gratiā actiōe apud deum. q̄ rali⁹ dedit nati dēno. **Pro**pterea post celebratē natiuitatis beati **Johānis** baptiste sacrasimam et iocundā. quia sine peccato nat⁹ est p̄ sanctificatiōem. instituit ecclesia natiuitatē beate et gloriose. semperq̄ uirginis **Marię** celebriter fieri. admonita p̄ m̄i raculo. **Addidit** cōsequēter octauas. **Pro**pter adipsendā sicut historie tradunt ecclesie pacem. **Hinc** in oratiōe natiuitatis eiusdem dicit̄. **Famulis** tuis dñe celestis gratie munus impertire. ut quib⁹ bñ uirginis p̄tus exiit̄ salutis exordiū. natiuitatis ei⁹ uotiua solēntas pacis tribuat incrementū. **Si** uero propter finē confimilē cōgruat huic sacrosancte **Synodo**. laudis aliquid uel honoris instituire pro uirgiali spūso **Marię** **Joseph**. cui⁹ honor

Versus predictis correspondentes. 60.

redundat in ipsam. et in eum qui de ea natus est Jesum christum. viderit vestre beatitudinis sapientissima deuotio. Ad quod multiplicandem festiuitatum apud vulgus quod de labore manuum viuere habet suadeamus esset vrinam apud tales huiusmodi numeros festiuitatum minor. sicut in reformatioe hic in concilio notatum est. sed apud ecclesiasticos et de ecclesiasticis talia loquimur. dum de celebritate virginis coniugii Joseph cum maria. vel de ipsius felici transitu fieri sollemnitate exoptamus. Ad quid ista? Quatenus ita marie meritis et intercessione tanti tamque potentes et imperiosi quodammodo patroni/apud sponsam suam. de qua

natus est Jesus qui vocatur christus. reddat ecclesia unico viro vero et certo summo pontifici sponso suo vice christi. Nosque denique singuli/deo renascamur/felici natiuitate/hic per gratiam et in futuro per gloriam que est natale sanctorum. Intercedete te et si fas est dicere/quodam iure tuo iubente gloriosissime Joseph vir marie. de qua natus est Jesus qui vocatur christus.

Isti sex versus sequentes sunt quasi pro triplo. ad carmen illud. xvi. versuum. Generat illa dies/qui ponuntur in tertia consideratioe sermonis.

Felix illa dies/toto celeberrima mundo.
Sacra docens leta/qua scandit ad ethera virgo
Dater/et angelicos ciues superuolat omnes
Huc tibi virgo Joseph. Jesus et tua sponsa proinquum
Credere fas statuunt solum. tales ob honores
Concinimus /facite nobis hec gloria detur.

Alma redemptoris mater. cui lege superna.
Vir iustus virgoque Joseph cum virgine nupsit
Da celebrem/dignumque tuo psoluere cultum
Coniugio/fac nos purgatis sordibus omnes
Posse deo iungi/fidei qui federe puras
Desponsans animas. diuino germine complet
Portio nature. prestantior esse Maria
Credetur/hec celis/hec mundo dignior ipso.
Gratia nam superat naturam/gratia que se
Diuidit in reliquos. istam fontaliter implet.
Que clausit gremio/quem totus non capit orbis.
Olim/nam celi gabriel festinus ab arce.
Preradians alacer/torus iocundus in ipsam
Nazareth. urbem galilee mittitur/illuc
Desponsata viro/dauidis de stirpe Joseph qui
Dictus erat/clauso reperitur virgo Maria
Distiolo/cui dixit aue/cui gratia plena
Cui tecum dominus/gabriel que verba salutis.
Virgo silens cogitat/ animo turbata quousque
Puncius archanum. diuino sermone reterit.
Hoc natura stupet/stupet hocque ioseph reputas se
Hysterijs tantis indignum/voce modesta
Clamat/id vnde mihi quis sum? te deprecor a me
Dor exi domina/nec enim mihi nubere tecum
Fas video/ dum multa Joseph trepidus cogitaret
Solvitur in somnum/cui iussio celica dixit
Aude clare Joseph vxori trade virum te.
O nimium dilecte deo/cui sponsa frequenter
Blanda Jesum gremio posuit/fidenter adimus
Dunc thronum/residet vbi gratia saluificas nos.